

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere r
cum fontibus proximo et primis

Nulla gens est ita sollicita circa regem suum sicut apes,

unde regi incolumi mens omnibus una est,
amisso rumpere fidem constructaque mella destruere,

et quando nequit uolare,
fert ipsum turba apum, meliorem pugna querunt,
et si moritur, moriuntur et ipse.

Crisostomus ibidem (in policraticio) libro VII.

Praeterea regem non sic Egypius et ingens
/ Lidia nec populi Parthorum aut Medus Hidaspes
/ obseruant; rege incolumi mens omnibus una est;
/ amisso rupere fidem constructaque mella / Diripuere
ipsae etiam crates soluere fauorum....

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 6.21
(C.C.I. Webb ed., vol.2, p.61, ll.31-35).

[fons nondum repertum]

rege incolumi mens omnibus una est,
/ amisso rupere fidem constructaque mella / diripuere
ipsae et crates solvere favorum.

Publius Virgilius Maro, *Georgicon*, 4.212-14
(O. Ribbeck, p.186).

Adhuc autem ferunt aliqui,
quod apes regem infirmum non valentem volare
ferunt in turba:
et si moritur, moriuntur et ipsae.

Albertus Magnus, *De animalibus*, 8.4.3 (C. Baeumker ed.,
Muenster, 1916, vol.15, p.635, ll.31-32).